

1 Non lamentarti per le contrarietà della vita!

Tamen tu indignaris aliquid aut quereris et non intellegis nihil esse in istis mali nisi hoc unum quod indignaris et quereris? Si me interrogas, nihil puto viro miserum nisi aliquid esse in rerum natura quod putet miserum. Non feram me quo die aliquid ferre non potero. Male valeo: pars fati est. Familia decubuit, fenus offendit, domus crepuit, damna, vulnera, labores, metus incucurrerunt: solet fieri. Hoc parum est: debuit fieri. Decernuntur ista, non accidunt. Si quid credis mihi, intimos adfectus meos tibi cum maxime detego: in omnibus quae adversa videntur et dura sic formatus sum: non pareo deo sed adsentior; ex animo illum, non quia necesse est, sequor. Nihil umquam mihi incidet quod tristis excipiam, quod malo vultu; nullum tributum invitus conferam. Omnia autem ad quae gemimus, quae expavescimus, tributa vitae sunt: horum, mi Lucili, nec speraveris immunitatem nec petieris. Vesicae te dolor inquietavit, epistulae venerunt parum dulces, detrimenta continua -- propius accedam, de capite timuisti. Quid, tu nesciebas haec te optare cum optares senectutem? Omnia ista in longa vita sunt, quomodo in longa via et pulvis et lutum et pluvia. 'Sed volebam vivere, carere tamen incommodis omnibus.' Tam effeminata vox virum dedecet. Videris quemadmodum hoc votum meum excipias; ego illud magno animo, non tantum bono facio: neque di neque deae faciant ut te fortuna in deliciis habeat. Ipse te interroga, si quis potestatem tibi deus faciat, utrum velis vivere in macello an in castris. Atqui vivere, Lucili, militare est. Itaque hi qui iactantur et per operosa atque ardua sursum ac deorsum eunt et expeditiones periculosissimas obeunt fortes viri sunt primoresque castrorum; isti quos putida quies aliis laborantibus molliter habet turturillae sunt, tuti contumeliae causa. Vale.

2 I vantaggi di una vita semplice

Cum paucissimis servis, quos unum capere vehiculum potuit, sine ullis rebus nisi quae corpore nostro continebantur, ego et Maximus meus biduum iam beatissimum agimus. Culcita in terra iacet, ego in culcita; ex duabus paenulis altera stragulum, altera opertorium facta est. De prandio nihil detrahi potuit; paratum fuit non magis hora, nusquam sine caricis, numquam sine pugillaribus; illae, si panem habeo, pro pulmentario sunt, si non habeo, pro pane. Vehiculum in quod inpositus sum rusticum est; mulae vivere se ambulando testantur; mulio excalceatus, non propter aestatem. Vix a me obtineo ut hoc vehiculum velim videri meum: durat adhuc perversa recti verecundia, et quotiens in aliquem comitatum lautiolem incidimus, invitus erubesco, quod argumentum est ista quae probo, quae laudo, nondum habere certam sedem et immobilem. Qui sordido vehiculo erubescit, pretioso gloriabitur. Parum adhuc profeci: nondum audeo frugalitatem palam ferre; etiam nunc curo opiniones viatorum.

3 La terra? Solo un puntino nello spazio infinito

Non potest quisquam ante contemnere porticus et lacunaria ebore fulgentia et tonsiles silvas et derivata in domos flumina quam totus circumit mundum et, terrarum orbem superne despiciens angustum et magna ex parte opertum mari, sibi ipse dixit: "Hoc est illud punctum quod inter tot gentes ferro et igne dividitur? O quam ridiculi sunt mortalium termini! Si quis formicis det intellectum hominis, nonne et illae unam aream in multas provincias dividunt? Cum te in illa vere magna sustuleris, quotiens videbis exercitus subrectis ire vexillis et equitem modo ulteriora explorantem, modo a lateribus affusum, libebit dicere: it nigrum campis agmen. Formicarum iste discursus est in angusto laborantium. Quid illis et nobis interest nisi exigui mensura corpusculi?" Punctum est istud in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regnatis. Sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur, et, cum illa tetigit, alitur, crescit ac, velut vinculis liberatus, in originem redit et hoc habet argumentum divinitatis suae, quod illum divina delectant.

Da Verbatim... al Web Approfondimenti

APPROFONDIMENTO STILISTICO

TESTO DI RIFERIMENTO VERSIONE 1 STUPIDI MODI PER OCCUPARE LA VITA – PAGINA 360

Desidiosa occupatio è la **callida iunctura** che avrebbe potuto dare il titolo al brano. Si parla di callida iunctura quando si accostano due o più parole in modo particolarmente originale ed efficace tanto da far emergere dalle parole usate significati impensati. I due termini di Seneca sono un'ossimoro, sono cioè tra loro in contraddizione, in quanto indicano un pieno, con il sostantivo **occupatio**, termine che ha un'origine militare, e un vuoto, con l'aggettivo **desidiosus**, derivato dal verbo *desidere*, stare seduto, e dal correlato sostantivo *desidia*, *ae*, pigrizia. Desidiosa occupatio è, quindi, un'oppositività inerte, un paradosso morale prima che linguistico: ci si può dare molto da fare senza produrre nulla che valga la pena per dare senso alla propria vita.

APPROFONDIMENTO LESSICALE

TESTO DI RIFERIMENTO VERSIONE 7 TESTIMONIARE LA GRANDEZZA DEL CREATO – PAGINA 365

Otium è una parola che non si può tradurre in modo speculare e nemmeno con una parola sola, in un certo senso è intraducibile: per esprimerne il concetto abbiamo bisogno di spiegarne la genesi.

L'origine è nel mondo greco dove indica il tempo libero da occupazioni necessarie tra cui anche quelle politiche: *scholé*, in greco, è il tempo della formazione (per questo ne è nata la parola scuola), della ricerca, della filosofia e dell'arte, il tempo che caratterizza l'uomo libero.

Nel mondo latino tradizionale, il lavoro, anche manuale come quello del contadino, è un valore: *labor omnia vincit*, il lavoro vince ogni cosa, scrive Virgilio, interessato al progetto di restaurazione morale di Augusto, nel I libro delle Georgiche.

Già al tempo di Virgilio, però, si è fatta strada a Roma l'idea che non sia colpevole occuparsi d'arte, di letteratura e di filosofia così che ai tempi di Seneca, solo tre generazioni dopo, il concetto è acquisito e può essere difeso con l'autorevolezza anche dei filosofi meno intransigenti dello stesso stoicismo.

L'otium diventa a Roma concetto così basilare che da esso si definisce il *negotium* (non-otium), l'insieme di tutte le attività economiche, politiche e anche giudiziarie.

L'accezione negativa di ozio nella lingua italiana risale al cristianesimo e alla valorizzazione del lavoro nelle esperienze del monachesimo di Benedetto da Norcia.

Puoi dimostrare, attraverso la raccolta di detti popolari, la condanna da parte della cultura europea dell'inattività oziosa?

Come altri autori latini hanno affrontato lo stesso tema? Ripensa, per esempio, a Sallustio e al proemio del *De coniuratione Catilinae*.